

nati in Ecclesiam redundant & irrūunt: Quodq;
de suis ciuibus alicubi scribit ac conqueritur Thū,
cichydes, inquit: eos esse ὄρωροτοῖς Ἰδρ 210,
Ἰοῖρ καὶ Δαυμασῶς Ἰδρ 210000, hoc est, Con-
templores presentium & assuetorum, & admirato-
res absurdorum, ita in hac tristissima &
Scribendi quiduis licentia, pro dolor, idem fieri
& accidere uidemus, ut & in admiratione ac
precio sint absurdissima. quaeq; in contemptu uero
tristissimo, illa ipsa quae olim distimata sunt
esse uerissima, certissima, & explicitissima

Hūc ergo ingenti, nullaq; oratione humana expli-
cabi, aut enarrabi malo, quae alia magis conue-
niens, magisq; salubris medicina adhiberi aut
adferri possit non uideo, nisi una haec, ut explosis
ac reiectis scriptoribus illis nouitjs, librisq; illorum
impuris, prodigiosis, uixanum^{simul} ac praesegianum
plenis, uideamus & ipsimet, & iuuentutem
studiosam reducamus nobiscum, ad lectionem ac
considerationem illorum librorum, quos reliquerunt
nobis summi illi ac uere doctissimi Viri Ma-
gisq; ac Praeceptores nostri charissimi, Lutherus